

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. V. Noëmus pæne unicus, apud Deum gratiosus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

de, feri, sterne. Haud aliter coëgit & Deum ad sumendum de impiis supplicium. Eò enim audacia progressa erat nequità, ut connivere aut dissimulare ulterius, nec quidem summa Dei Bonitas potuerit. Hinc Chrysostomus ad questionem illam, Peccatum quid est? ausus dicere: Voluntarius dæmon est peccatum, & spontanea infanía. *Anima, qua peccaverit, ipsa morietur.*

Hoc autem nimium quantum, supérque omnem modum aggravat peccatum, quod sciamus, quantum id Deo displiceat, nec tamen id caveamus. Præterea toties verbis monemur, exemplis toties eruditum, pœnis & nostris & alienis corrigitur, quæ tamen omnia non magni pendimus. Hinc peccati gravitatem fœdissimam perquam pauci capiunt, illi omnium minimè qui in peccatis, velut in amoris stagnis natant; & quemadmodum qui sub aquis sunt, aquarum molem non sentiunt; extra eas hydria eis non maxima oneri est; ita dum in peccatis degimus, peccati turpitudinem non attendimus. *Impius cõg̃e in profundum venerit peccatorum, contumet.* At cum resipiscere incipimus, pondus intolerabile sentimus. Hinc regii Psalter gemitus illi: *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus grave gravata sunt super me.* Non est feria emendatio vitæ, ubi exigua est cognitio peccati. Sunt qui piacula commissa facantur sepius, numquam emendent, quia peccati molem non expendunt, nec sentiunt; deest necessaria noxium notitia. Nosce igitur peccatum & detestare; pœnitentiam Dei antevertitur, clepsydra jam posita est, fluit illa, & ad finem prospicat, quem ignoramus. Taciturnum hoc arenarum stolidicum plurimos decepit, qui nefio quām prolixas moras somniabant, & subito jam defluxisse horam apparuit. Maturerimus igitur pœnitentiam, centum & viginti annos ad resipiscendum non habebimus, incerti an diem habituri simus crastinum. *Præoccupemus faciem ejus in confessione.* Nam, quod Chrysostomus dixit, satis est mille fulmina sultinere, quām vulnus illum manuētudinis plenum nos aversantem videre. Ut ergo amanissimum Deum non pœnitentiat quod créavit nos, pœnitentiam nos ipsi præoccupemus, quod offendimus illum. Unusquisque talus dolore cordis intrinsecus dicat: Pœnit me fecisse, delebo quod feci. Omnim errorum reparatrix Pœnitentia.

## CAPVT V.

Noëmus pene unicus apud Deum  
gratus.

**V**INUM aromatæ cariophyllis conditum, vinum sancè pretiosum & gulæ gratum, sed plerumque non firmum. Noëte quandoque unâ, si negligenter sit tactum, in vappam expirat. Favor humanus plurimis tam carus, quām pretiosus, sed sapissime parum diuturnus, nonnumquam diu collectus subito effunditur. Favor divinus ejus est pretius & constantia, ut unica ejus guttula melior sit & utilior, quam tota humana gracie plaustra. Omnim hominum gracia sanctiore reddit neminem, gracia Dei sanctum facit & beatum.

Noëmus gratia divinâ opulentus, verè sanctus, magnâ in offensâ fuit apud homines, omnium flagravit invidiâ. Sed id ei non poruit esse documento, favoribus divinis præpolluit. *Noë vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulavit.* Gratia exciderat, & offendam habuerat orbis universus; at verò gratia Noëmus floruit. Cum Deo ambulavit famulorum fidelissimus, inò solus inter innumeros fidelis, qui assidue Dominum Deum ferebat oculis, ad omne obsequium & ad omnem nutum paratissimus, hinc suo Domino tam charus, ut proper hunc suum sibi charifsum centum annorum fabricam ordiretur. Noëmus

Tom. II.

A in gratiâ fuit. Quâ verò ratione bonam hanc gratiam quæsicerit, quâ stabilierit, explicandur.

## §. I.

**A**Dolescens laudem maximam habet, si dicatur: *Hic puer scholæ doctissimus est. Egregium ac gloriosum, & in maxima laude ponendum, sermonibus hominum ita celebrari, ut passim audias, pictorum artificissimum, cauſticorum facundissimum, Medicorum experientissimum, Jurisconsultorum doctissimum, Theologorum subtilissimum: illustria præconia, litteræ laudis plena, sed non signata; è cœlo laudem ascerere, & dicere, Hic est inter omnes in orbe sanctissimus. Haec litteræ sunt elogiorum plenissimæ, sed & signatae.* Has Noëmus obtinuit, his verbis conceptissimus scriptas: *Noë verò invenit gratiam coram Domino.* *Gratiam, Gen. cap. 6. quam Theologi primam nominant, smereri haud possum, nec eam Noëmus nisi gratitam accipit, cui ramen insignissime respondit; adeoque auxit obsequiis, ut unus atque unicus Noëmus Deo charior fuerit, quām orbis universus, quām totum humānum genus: omnes alios submergi voluit, hunc unum velut oculos suos curavit. Ecclesiastes velut indagator follerissimus, VI. Eccl. c. 7. rum, inquit, de mille unum reperi. Noëmus è decies centenis, aut centesimilensis millibus vir unus, atque unicus planè singularis, eximiè sanctus. Ne miremur: Melior est unus faciens voluntatem Domini, quād decem millia prævaricatorum. Deo inter omnes charissimus fuit: *Melior est enim, inquit Siracides, unus timens Deum, quām mille filii impiorum.* Noë invenit gratiam coram Deo. Tantū est vita integrata & innocentia.*

Sed in illis, quas dixi, signatis litteris copiosior laus Noëmi comprehendetur. Nam dictis additur: *Noë vir justus, atque perfectus.* Hic, obsecro, sacri scriptoris articulim observamus. Ita loquitur Moyses: *Ha sunt genealogia Noë. Quid hinc natalium claritatem non expedit?* Ipsi Chrysostomus velut audiendi avidus, Aures nostras, inquit, spe implat quasi genealogiam narraturus, quis ejus pater fuerit, unde genus duxerit. Verum relictis his omnibus hoc unum ait: *Noë vir justus atque perfectus.* Non patrem, non avum, non atavum, non Lamech, non Mathusalem, non Enoch nominat, sed Noëmi virtutes narrat. Moses novus prosapia arque originis scribenda. Quid enim tanta haber utilitatis è claris parentibus originem ducere, si tua vita sit in tenebris? quid damni, si tui parentes obscuri, modò tu in luce sis virtutum? Haec formosissima sicut nomina, hæc nobilitas antiquissima: *Vir justus atque perfectus.* *Vir probati genus,* inquit Ambrosius, *virtutis est prospera.* *Quid enim superbis diversi?* *Quid dicitur 4. mihi.* *pauperi?* Noli me tangere. *Nomine sic utero conceptus, & nam pugna ex utero, quemadmodum & pauper est natus?* *Quid te factus de nobilitatis prospera?* Soletis & canum vestrorum origines, sicut divitium recensere, soletis & equorum vestrum nobilitatem, sic Confutum predicare. Ille ex illo patre generatus est, & illa matre editus: ille aro illo gaudet, illa se proxima attollit. Sed nihil iſtud currentem juvat. Non datur nobilitati palma, sed cursus. Deformior est vicius, in quo & nobilitas generis periclitatur. Cave igitur dives, ne in te erubescant tuorum merita majorum, ne forte & illa dicatur: *Cur tales instituisti, cur tales elegisti heredem?* Quid igitur prosperum vetustam, originem claram tantopere jactamus? Alieno gloriari, ridicula est jactantia. Avorum merita, nepotum degenerantium nota sunt, nec aliud potum demagis posteriorum maculas aperit, quām majorum generantur ac gloria. Veram laudem non nisi de proprio sumpferis; ab alio non expectes. Age aliquid & tu, unde sis nobilis: nam maiores tui, nisi aliquid egissent laude dignum, numquam nobiles fuissent. Corpus & patrimonium accipiunt à parentibus: qui claritatem habent, raro eam in filios transferunt. Raro excellens viri

Qq 3

• ris viri filius excellens fuit. Mille nunc ergo tales clarissimorum hominum obscurissimos haeredes, si vacet, numerem. Claritas nascendo non acquiritur, sed vendo; sepe etiam, quod miratur, moriendo. Verus nobilis non nascitur, sed fit non potando strenuè, sed in aie pugnando; non opulentia veste; non virtus; sed eruditio, sed virtute. Nobilior est vir gressus, cui rusticus, quam nobilis ignavus. Eupirides olim coenit:  
namque ab animo strenuus.  
Iustusque, quamvis orti & e servis fient,  
Stirpe autem vulgo nobiles patu.  
Magna fuerit avorum, proavorum, abavorum, atavorum tuorum claritas: quid si major est tua obscuritas? Dixi jani: pugnando, non potando in nobilitatis censu transiit. Define igitur tuum nomen alienis obumbrare virtutibus, ne unoquoque sumum repelente, nudus ipse de proprio ridearis. Annaeus Seneca de verâ nobilitate sapienter ac verè pronuntians, Non facit nobilium, inquit, atrium plenum sumos imaginibus. Nemo in nostra gloria vivit; nec quod autem nos fuit, nostrum est. Animus facit nobilem & ex quaunque conditione supra fortunam habet surgere. Qui imagines in ariu exponant, & nominata familia sit, longo ordine ac multis stemmatum illigata flexura; in parte primâ adiuvum collocant, uti magis quam nobiles sunt. Vnde omnium parens mundus est, five per splendidos five per sordidos gradus ad hunc prima cuiusque origo perduicitur. Ita Seneca nemo nobilis, nemo generosus est, nisi qui ad virtutem bene à naturâ compositus est. Sed testem Seneca loquuntur: Iusto tamen fisco Chrysostomum, quietore libero, Tu, inquit, qui magna de nobilitate majorum iactas, ultra proavos atque atavos tuos si progrediari, invenies multos è generi tuo agafones forte aut capone susceperis. Hunc cursum haber genus humanum. Salomon Regis filius, & Regis illustrissimi, hujus tamen pater ignobilis & abjectus fuit, materinus etiam avus adeò vilis, ut nec gregario militi collocare posset filiam. Plato dicebat: Negat enim regem non ex servis esse oriundum, neminem seruum non ex regibus. Omnia ista varietas longa miscuit. Intuendum est, ait Seneca, non unde veniant, sed quid eant. Quod & Bion dixit Antigonon: O rex, sagittarius si opus habes, non unde sunt, interrogas, sed scopum proponis, & qui tangunt, eligis: sic & alios exploras: non unde, sed omnes sine. Dic enim que

*Clytostom.  
2. hom. 59.  
in cap. 18.  
Matt. mishi  
pag. 434.  
Gen. cap. 6.  
v. 9.*

et annos capora, non aliud, sed quales sunt. *Dicit enim quae-  
so, si at Chrylofomous, quid genus est? Nihil aliud cun-*  
*quam verbi sonus ab omni re desstitutus, quod in extremo duc-*  
*illo probe scies. Pestis nobilem & ignobilem aquę rapit  
mors non differnit, inter illum & istum non distingui-  
orbius iudex. Ille igitur sublimis, ille clarus, illa nobilis,  
qui designatur servire vitiis, & ab eis reculari vinci. *No-*  
*vir justus atque perfectus in generationibus suis. Haec sunt gene-*  
*rationes Noe, hoc illius genus & stemma, haec nobilitas*  
*illius & proslapia.**

§. II

**M**orum perfectio duo habet brachia. **N**ec Setho, nec Enos, nec ipsi Henocho hoc elogii tributum, Perfecti. Morum perfectio, ut ajunt, duo habet brachia, levum quidem, Letatius noxa fugam, dextrum autem Afiduum virtutis studium. Chrysolomus de Noeino differens, Noe inquit, in nullo claudicavit, in nullo deficit. Sunt homines orationis multæ, sed non minoris avaritiae; alii egregia liberalitatem, nullius pietatis; alii prudentes, sed nec fortis, nec patientes; aliqui fatis animosi, sed minus casti; reperias quosdam uicemque verecundos, non nihil tamquam elatos & superbos; alios laudabiliter milites, sed una pigros ac desides. Sunt homines optimorum verborum, in factis enyeres & nulli. Non desunt, qui ad obsequia prompti sint, sed leispos negligant. Sunt taciturni, sed invidi. Sunt abstinentes & sobrii, sed admodum iracundi. Sunt uicemque placidi, sed potulenti & frequenter ebrii. Sunt sedipi, sed simili præ-

A parci. Sunt largi, sed ignavi. Perfectus nullo deficit.  
Noe vir iustus atque perfectus. Unde illi, quæso, hic iustitia? cum è tempestate summa ubique fuerit non an-  
nonæ, sed virtus caritas, in eo nusquam virtus in orbe visu  
visa. Hisforicus sacer accuratisimus; He sunt, inquit, e  
generations Noe: Noe vir iustus atque perfectus fuit, cum Deo ambulauit. Hieronymo interprete: Vestigia Domini le-  
curus, in rebus omnibus id unicè spectavit, quid velleret.  
Juberet Deus, hunc sibi præsentem semper intuebarum,  
in id solum attentissimum, quid oculus Dei annuendo  
aut abnuendo fieri velleret. Hinc Noe m̄s Numini devo-  
tissimus, binc in omni actione modestissimus, atque  
cautissimus. Alii omnes ut pœcules in pratis lacivie-  
bant, immemores Dei, divinitate praesentia. Impii cum  
mundo, carne, diabolo ambulauerunt: Noe pene solus  
ambulauit cum Deo.

Hinc illud encomium additur: *Perfectus fuit in generationibus suis*. Ah, mi Deus, inter quos, & quo tempore, commisit sanctimonie tam tenax fuit? Inter homines nequissimos, nec eos paucos, sed universos, in quibus nec virtus scintilla, vivebat. Atqui Deus veluti paterfamilias providentissimus suos in medio impiorum numquam non habuit. Elias queritur olim Numinis: *Dereliquerunt pactum tuum filii Israël; altaria tua defruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus*. Cui illi Deus, *Derelinquam mibi*, ait, *in Israël septem milia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal, & omnes, quod non adoravit eum osculari manum*. Idem cum Eliá potuit Noëm dicere, *Derelictus sum ego solus, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum*. Hoc rara virtus est, inter feceratos verlari sine sceleto. Quod si Gregorius Moralem suòrum exordio summi afflitionis mans, Dicatur, inquit, ubi habitaverit Job, nec enim valde laudabilis est bonum esse cum bonis, sed bonum non esse cum malis. Sicur estin gravioris culpa est inter bonos bonum non esse, ita immensi est praecornii, bonum etiam inter malos exitisse. Idcirco Jobus, *Fratru fui draconum, inquit, & socius serpionum*. Lothus vel ideo laudatissimus, quia inter impios pius, *Eo nomine loth Paulus Philippenses landans, In media, inquit, natione Hungariorum prava, & perverse, inter quos lucet sicut lumina in mundo*. Unica tulipa vel rosa inter silices aut urticulas metataria & admiranda. Talis profectò fuit Ecclesia Pergamenæ Episcopus, ad quem littera hunc in modum legitur: *Sic, ubi habitat, ubi sedes est satana; & tenui nominem meum ibi, & non negabit idem meam. Maxima laudis est lilium candens ac fragrante inter spinas.*

§. III.

**H**ic occasio nobilissima non negligenda; hic famam colligere, nomen celo inscribere, & immortalitati licet mandare. Pene nusquam non inter malos degimus, ubique lateri harent homines virtutis. 141

D Inter hos autem lex illa mundi neutriquam attendenda: *Quod illus & ipsi licet, licebit & mibi; calcabo semitam vestigium aliorum tritam: Sectari singularia odissum.* Aritus est, ceterorum ingenii sese aptare. Non assentiri pluribus & subscribere, invidiam & obrecationes pati. Sentiamus cum multis. Hæc, inquam, lex mundi minime curantia. Virtus vel inter pessimos colenda. Cui Virtus ter pessimi vis laborandum, ut sit in generatione suâ perfectus. ter pessimi Mathathia ducus Hebrei vox generosissima fuit: *Si nos in lenda omnes gentes regi Antiocho obedire, ut descendant unusquisque à servitute legis patrum suorum, & consentiantur mandatis eius: ego & filii mei, & fratres mei obedimus legi patrum nostrorum.* En Horatius Coelites solos non pro ponte, sed pro lege pugnantes. Hi viri erant perfecti in generatione suâ.

Noënum utique cogitationes istæ sepius sollicitaverint: Num ego inter tot millia hominum solus sapiam?

piam? num cæteris omnibus sim sanctior? num mihi unius servatur celum? In odium & offendionem omnium incurram? omnibus me invicem faciam? ab universorum moribus me disungam? vix fieri potest tantæ multitudini non quandoque suffragari, inter tot malos tam strictis religionibus virtutem adorare; aliquid nonnumquam amicitiae tribendum: Deus dabit veniam. Velle ac posse, grandibus æpe distant intervallis. Torrenti non facile resistendum. Prudentiam inter & sanctimoniam sancienda est concordia. Non omne continuo malum est, quod plurimi, quod omnes faciunt. Medium tenuere beati. Non omnia igitur plebis studia probanda, non damnanda omnia.

Has Noëmus cogitationes excludens, & iis longe sanctiores substituens, Pro aliis, ajebat, non respondebo Numini, sed pro me, meaque familiâ. *Anima; qua pecaverit, ipsa morietur: filius non portabit iniuriam patris, & pater non portabit iniuriam filii: justitia justi super eum erit, & impia eius super eum.* Quisque rena suam agat. Nemo alterius vicem æternis suppliciis se obiecet. Et rameti orbis universus à Deo deficiat, ego tamen & dominus mea adhæremus Deo, & illi soli fieriemus. Nec intra cogitationes solas res hæc stetit. Noëmus haud dubiè ab omnibus fastidit & irritus, omnium convictis, maledictis, sibilis, spuriis etiam nœctus est. Voces illorum fuerint, Sinite delirum vetulum, sinit morofam fabricam moliri, forsitan sibi struere sepulchrum. At ille dicit & cachinnis minimè motus, divinis parebat imperiis, ille unus omnipotens vitam & mores sceleris, tam vitâ & moribus, quam monitis & exhortationibus arguebat: hinc velut fanaticus senectus omnibus exsus, omnium fuit ludibrium.

At verò Deus longè aliter judicans, Te, inquit, vidi justum coram me. Ne angaris animo, te omnium odios premi: mihi charissimus es: Ponamque fædus meum tecum. Deserit me orbis universus, & deficit à me: tecum igitur amicitiam inibo, tu mihi unus instar omnium eris, ego & tu novum confituum orbem.

O mi Deus, & ô anima mea, quam nihil ei obest odium orbis, cui non deest favor Numinis? Neminem bona mentis Deus despiciat: talis ei unicus pro multis millibus est. Ab hac bonitate divinâ longè divertit humana infusitas, & perversum iudicium, quod tibi nærorum aliquid in homine comprehendit, mox omnem illius vitam accusat: ob pauculos grandi in familiâ improbos, totam mox dannat familiam: ob nequiores aliquot cives, totam infamat civitatem: ob domesticam unum alterumve non laudandum, integrum traducit domum: ob putridum membrum unicum, corpus exterat ut totum. Hirundo nobis unica ver facit. Quasi verò propter unicum Chamum Noëm filium nequam tota ejus familiâ nequit fuerit damnanda. Nimirum iudicis temeratus promptissimi sumus, itique proximos quoque incusamus. At verò Deus suavissime bonus; ob unicum hominem toti pepercit orbi naescituro. Dixit more nostro. Nemo non perfissus est; pereat orbis, mergantur canes impudici; abolendum est infame genus hominum universum. Altera divina longanimitas agit: Cognovit enim Dominus, qui sunt ejus; nec dormit oculus ille per vigil, arcanorum omnium, & vel latensimarum cogitationum scrutator: ad hunc unum in rebus omnibus suspicendum; huic uni placere, felicitas suprema, eis oculis displices alius omnibus.

Hoc sane animo fuit Noëmus: maluit omnium oculis disperdere, modò placere posset supremo. Huic viro & Sibyllinus liber iltud tribuit elogii: *Solus in cunctis iustissimus erat, & verax, Noë fidelissimus, & bonis operibus addicitus.* Quod Siracides confirmans, Noë, inquit, inventus est perfectus & justus, & in tempore iracundie, factus est reconciliatio. Ideo dimissum est reliquum terræ, cum saeculum est diluvium. Deus Noëm quasi reveritus variis

modis honoravit. Unde non immergo eum Paulus. *Nisi modis tantopere depredecans, vide, inquit, Noë responso accepto, de ita, que adhuc non videbantur metuens, aptavit arcam in salutem domus sue, & quam lammavit mundum, & iustitie, que per fidem est, heres est instituta.* Hi sane tituli formosissimi contra offensio aerum chari: Noëmus justus, perfectus, i.e. que in orbe solus, invenit gratiam coram Deo: illud testimonii Deus ipse dixerit: *Tu vidi Gen. cap. 7. v. 1.*

Sed hic obstupescendum aliud, quod paginae divinæ non negligunt: *Noë vero cum quingentorum ieset animalium genitum Sem, Cham, & Iaphet.* Exultimat Carylotus Noëm ad annum quingentesimum distulisse nuprias, & calibem vixisse vitam. Chronologâ veteri teste, cum Noëmus annum ageret quingentesimum tertium, natus ei primogenitus Sem, hunc fecutus Iaphet; liberorum ultimus Cham. Enoblecro, quam fene, sponsus annorum quingentorum! *O Phoenix ævi perditiissimi!* Cum nemo vita melioris exempla prodiceret, nemo specimen virtutis ederet, cum orbis celestum infamia flagret, cum nec oculis nec auribus quidquam documenti honestoris posset hauriri. Noëmus, velut in familiâ religiosa degret, honestatis leges arctissimas secutus est. Quod Chrysostomus vehementer admiratus, *Confidera, inquit, quante fuerit virtus, in tantam temporis longitudinem, concupiscentie rabiem refrenare, viamque longè diversam ab ita ingredi.* Quid miri, hunc virum adest charum fuisse Deo? nec continentiam sublimis virtus est, ut amari, & observari non possit, cum tot supertari exempla pudicitiae quam integerim inter corruptissimos servata. Si quis calibem possit vitam agere ad annum usque quingentesimum, ad quinquagesimum etiam poterit. Aque hinc geminam Duo docimur documenta.

#### §. IV.

**I.** *C*astimoniam cole, quâ se Deo Noëmus tantopere probavit. Adversus hanc luxuriam orbis ita peccavit, & exinde Numen ad eam commovit iram, ut nec unico quidem fonti, tametü forsitan respicere statuerint, pepercit. Sapientissime dixit Salomon: *Qui amat cordis munditatem, habebit amicum regem.* Et Paulo testante, *Non vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem.* Mens casta, gemma omnium pretiosissima, nullis thesauris æquiparanda. Quod Siracides avertisse pronuntians, *Omnia ponderatio, inquit, non est digna contrariis anima.* Quisquis es qui libidini indulges, valedic cælo, & morere.

Libidinè parit corporis animi resistere nolentis, & viatum gulæ. Quid igitur miri, filiam post parentes sequi? Gulam certè ac luxuriam communis nobis sic cum belluis, vitamque nostram maximè bellualem facere, semper visum est sapiensibus. Hominem qui fœdis appetentiis obluctari non vult, libido rapit ad interitum animi & corporis, & infamem notam feramque penitentiam, fortassis inutilem. I nunc igitur, & libidinem rapitur in tuum sequere, quæ te tales rapet ad exitus. *Qui seminat interitum in carne sua, de carne & metet corruptionem.* Nil nisi certius, si secundum carnem viteritis, morieris. Cogita, obsecro, innumerabilium famulos ac miserabiles casus, non modo singularium hominum, sed urbium & regnorum, qui tibi partim visu, partim auditu, maxime lectione debeat esse notissimi. Expende hanc ipsam, de quâ loquimur, eluvionem orbis. Voluptates blandissimæ dominæ, superiores animi partes à virtute detorquent, & in hoc nos complectuntur, ut strangulent. Quod Maliniflœ regi Scipio Africanus præclarissime dixit, id tibi pura dictum: *Vince animum, & cave illum deformes.* Ne, quæsto, bona plurima & tot meritorum gratiam vitio uno corrumpas. Quod facilius fieri, si acriter

rei tam vilitatem & obscenitatem, quam brevitatem & finem cogit. Horæ fugaci, forsitan momenti unius illecebras longum dedecus, multorum annorum paenitentia, supplicium æternum comitur. Ergo abdicatione omni libido castitatem cole. O quam pulchra est casta generatio cum claritate, immortalis est enim memoria illius, quoniam apud Deum nota est & apud homines. Bernardus paucis multa complexus veritatem dixit: Castitas est securitas mentis, & sanitas corporis. Ibi habitat Deus, noster mibi ubi permanet continentia. Castitas jungit hominem calo. Castitas facit hominem proximum Deo. Castitas perducit hominem ad regnum. Bona est castitas conjugalis, sed melior est continentia virginalis.

*Sap. cap. 1.  
Bern. lib. de modo bene vivendi, ser. 22. de continentia mibi pag. 1650.*

II. Dei amicitiam ambi. Dei amicitia non tantum è comburendâ civitate Lothum liberat, sed in ipsis flammis Sidrachum, Abdenago, Misachum conservat; Noëcum medium undis incolorem defendit. Hoc patrocinium amicis Dei promittens Isaías. Noli timere, ait, meus et tu: cum transieris per aquas tecum ero, & flamina non operante te. Amicus Dei pallium aptat in navigium, & mare trahit tare prodigioso lembo: quod divum Raymoundum ferunt fecisse in Vandalo fluvio trahicendo. De hac cum Deo inita amicitia præclarissime Augustinus, Si non debes, inquit, propter quædam toleranda dissolvere hominis amicitiam, Dei amicitia quibus rebus debet cogi, ut dissolvatur à te? Sæpe quos amicorum fidissimos habebamus, invenimus infidos. Hac in re selectus est difficillimus & erroribus plurimis exppositus. Amicus fidelis & ex omni parte sincerus res dulcissima simul & sanctissima. Dulces, fateor, parentes, dulces filii, dulces fratres, possunt tamen amare, nec parentes ideo, nec fratres quidem, nec filii esse desierunt, cum desierunt esse dulces; at amicus solus, si sit verus, dulcis & charus esse non definit. Cum igitur in genere illorum, qui charissimi videntur, odiis lape latentibus, lape etiam manifestis multa insit amaritudo, amicitia sola, si vera, vacat odiis: nemo umquam, non dicam occidit aut perdidit amicum, sed ne lœsi quidem volens. Hunc tibi amicum statue Deum, amicorum omnium multò fidelissimum, & qui ea omnia non possit tantum, sed & velit praefare, quæ exigas ab amico. Sapientia de hoc amicorum optimo testimonium est: Non habet amaritudinem converratio illius, nec tedium convictus illius, sed latitiam & gaudium. Igitur Deo jungere, & summum bonorum omnium divitias influitus invenisti. Illud vide, ac ne quod optimum es nactus, negligas. Ne quâ umquam te offensus, ne quo verbo alienatus à te recedat. Amicus hic, thesaurus est immensissimus: sed magnâ servandus curâ, acri, si fugiat, revocandus penitentia.

Conetur uniusquisque Noëmi talis insigniri, Iustus, Perfectus: cordis amer munditem, & amicū habebit Supremum Regem. Orbis universus ei nocere non poterit, quisquis Deum habuerit amicum.

*Isa. cap. 43.  
v. 1. & 2.  
Quem Ecclæsia colit  
die 16. Au-  
gusti.*

Dei amicitia nullis afflictionibus debet dissolvi.

Sæpe quos amicorum fidissimos habebamus, invenimus infidos. Hac in re selectus est difficillimus & erroribus plurimis exppositus. Amicus fidelis & ex omni parte sincerus res dulcissima simul & sanctissima. Dulces, fateor, parentes, dulces filii, dulces fratres, possunt tamen amare, nec parentes ideo, nec fratres quidem, nec filii esse desierunt, cum desierunt esse dulces; at amicus solus, si sit verus, dulcis & charus esse non definit. Cum igitur in genere illorum, qui charissimi videntur, odiis lape latentibus, lape etiam manifestis multa insit amaritudo, amicitia sola, si vera, vacat odiis: nemo umquam, non dicam occidit aut perdidit amicum, sed ne lœsi quidem volens. Hunc tibi amicum statue Deum, amicorum omnium multò fidelissimum, & qui ea omnia non possit tantum, sed & velit praefare, quæ exigas ab amico. Sapientia de hoc amicorum optimo testimonium est: Non habet amaritudinem converatio illius, nec tedium convictus illius, sed latitiam & gaudium. Igitur Deo jungere, & summum bonorum omnium divitias influitus invenisti. Illud vide, ac ne quod optimum es nactus, negligas. Ne quâ umquam te offensus, ne quo verbo alienatus à te recedat. Amicus hic, thesaurus est immensissimus: sed magnâ servandus curâ, acri, si fugiat, revocandus penitentia.

Conetur uniusquisque Noëmi talis insigniri, Iustus, Perfectus: cordis amer munditem, & amicū habebit Supremum Regem. Orbis universus ei nocere non poterit, quisquis Deum habuerit amicum.

## C A P V T VI.

### Noëmi assidue de imminentे interitu exhortationes.

\* Horat. lib. 2. Sermonum, Sat. 3. Quondam Isthargo gradi est op- pressus — Hunc medi- cus multum celo atque fidelis Excitat hoc pacto.

OBLIVIO Dei & omnigena vitia ab illâ radice profeminata adolescentem mundum in tales dederunt veterum, ut Deus huic veternostræ varia admovet medelam, exercefaciendo illum, & ad vigiliam sustentando. Sicuti ægrotus, quem invaserat veterans, moveri, trahi, vellicari, concurti, pungi solet, ut toties tractus, vellicatus toties denique evigilat: ita Deus sceleratos orbis incolas assidue moneri, instrui, doceri volunt. Ad eam rem præcipuus usus est Noëmo, qui assidue exhortationibus aures improborum idemridem

A obtundebat, & omnem movebat lapidem, ut monendo ac erudiendo impios excitarer ad penitentiam. Verba sapientum sunt stimuli. Ita Christus furibundum Saulum Damasco imminentem extimulans, Durum est tibi, ait, contra stimulum calcitrare. Mox Saulus evigilans, Domine, inquit, quid me vis facere? At verò nefarii homines illi, quidquid Noëmus diceret, moneret, dehortaretur, occineret, omnia ipsi nihil habentes, quo cœperant pede, pergebant audacissime. Imò saluis monita in risum jocumque vertebant: Clama, mi Noë, clama, vaticinare, mone, concionare, suade, minare, dehortare quādum placet, nos læti pergitus, has ex pelvi minas curamus scilicet. Tu architecte, quid ad nos? His terriculamentis non movemur, nobis bene est. Quād erat, mi Deus, gravis hic veterus! Nihilominus vindicta divina non ex abrupto puniit, nec protinus vivendi spatium præseculit, sed respicendi mora concessit, concionatorem eis Noëcum dedit, quem beatus Petrus Justitia præconem nominans, Originali, ait, mundo non pepercit, sed octavum Noë justitiae præconem crevit, diluxivit mundo impiorum inducens. Atque hic concionator orbis optimus, non monitis solum, sed & exemplis sanctissimis penitentiam assidue ingerebat, ni parerent, iram Numinis in peccatis exarfuramus. Interim arcam spectantibus omnibus, futuri supplici juge monumentum, adificabat. Ita Noëmus non virginis, sed iolam, aut triginta, non septuaginta tantum, aut octoginta, sed ipsis centum annis, aut, ut Chrysoftomus loquitur, annis quingentis concionatus, penitentiam jugiter inculcabat. Hæc Noëmi monita, has conciones interpretabimur.

## S. I.

TA M bonus est Deus, ut prius omnia tentet, diversaque ad penitentiam occasiones subministrat, veritas quād omni gratia merentem privet. Cū nullus remedium locus, tamque beneficia in noxam trahuntur, demum æquissimus Pater & Dominus, Quid est, inquit, quod debui ultra facere vinea mea, & non feci? An quod expetavi, ut faceret uas, & fecit labrufas? Et nunc offendit, quod quid faciam vinea mea. Autem sepe ejus, & erit in direptionem: diruam maceriam ejus, & erit in conculationem. Extiri cauflam nemo in me conicerit, peritum servare volunt, sed ille auxiliares manus rejecit, & noluit servari. Vigilantissima sollicitudo mea neutiquam desiderata est, & patrem egi, & monitorem: frustra omnia, tam consilia mea quād precepta sunt neglecta. Jactur ego, contemptum tuli, non tantum uvas ediles & maturas non accepi, sed insuper vites optime in silvestres labrufas degenerarunt. Ideo non amplius purandas, sed excedenda sunt in ignis pabulum. Ita Deus cum omnibus, atque cum singulis hominibus solet agere, remedia suggesta penitentia; humani arbitrii est, ea vel admittere, vel abjicere. Ita cum perditis illis mundi juventutis civibus est actum. 1. Frequenter & fideliter sunt quibus moniti. 2. Videbant equidem quotidiana funera, & vel missas inde discebant, se non esse immortales, non neciebant, aliam post hanc superesse vitam. 3. Noëmi & familiæ, quam duxerat, ad sanctos mores compositæ videbantur exempla. 4. Specabant ingentem ad arce fabricam apparatum, nec ignorare poterant minitabunda Dei consilia, complurium annorum opus, Deum ipsum esse architectum. Quis non movendus tot argumentis? 5. Tantum pabuli pro tot feris undequaque comportabatur, non dubium prædicta calamitatis argumentum. 6. Ipsa tot ferarum & animantium confluxus quid aliud testabatur, quam illam ipsam, quæ imminebat, orbis eluviem? 7. Noëmus constanter & continuè monebat atque hortabatur, resipserent, mores emendarent, malum imminens caverent. Et monstrum videri potuit, nullum, & nec quidem unicum ad hæc monita est.